

ORATIO Ima

ad
Dictum Plutarchi:

Ταυδεῖα τῶν ἐν ἡμῖν νόρων ἐστὶ ἀθά-
νατον καὶ βελ-
τιον.

In perverso hoc mundi, in quo haerens seculo non percipimus, sed multi ex
ima plebis face dantur, qui tam adverso à literis sunt animo, ut in eorum
perniciem Catilinariam non modo conjurationem inirent, verum etiam
vesperas Scythenses iisdem minitarentur, vel extremum cum Scythis ex-
cidium molirentur, si in ipsorum positum esset voluntate. Statuerent
videlicet cum Paulo secundo huius Pontifice nominis Romano, studiosos
literarum esse haereticos: Svaderent item ipsi, ut ne parentes liberos
suos in studiis literarum morari paterentur, unde nec dubium
est, quin si qui de neglectu bonarum literarum suo jam aro acriter
conquestus communis Germania nostra Praeceptor Philippus Melancthon
in huius vitales auras postliminio rediret, multo acrius conquesturus esset,
cecidisse florem illum literarum, qui semel tantum nascitur: imò et
plane, relegatas in Utopiam hodie bonas literas, horumq; indefessor Culto-
res esse fateretur. Rebus igitur sic, factisq;, quid statuendum nobis esse
censetis, commilitones suavissimi. An cum vulgo sentiendum. An
cum vulgo loquendum? Nequaquam. Absit nempe hoc à foro
nostro, ut cum vulgo bonarum literarum studia flocci pendamus, qui vul-
go ita videtur. Quin potius sentiamus, nos cum ^{tot} doctissimis viris, ac
statuamus, dignas omnino esse literas, quae excolantur, quae in caelum
usq; inter excolendum evebantur. Stulti interim omnes, stolidi, fatui,
funi, bardi, blenni, blitei, buccones sunt, qui studia literarum vel ideo
negligi volunt, quia sic videtur Vellent utiq; illi, ut omnes sui essent simi-
les, ut privata ipsorum inscitia sub communi delitesceret, nec quisquam
ipsorum imperitiam detegeret aut arueret. At vero ne maneat talis,
quales sunt, consilium Plutarchi audiant, et audito hoc desinant con-
temnere bonas literas, earumq; studium; Arrogant aures in isto Fratres
ignorantia, et Plutarchum audiant de studiis literarum in hac desi-
nentem verba:

Ταυδεῖα τῶν ἐν ἡμῖν νόρων ἐστὶ ἀθά-
νατον καὶ βελ-
τιον.

Doctrina omnium, quae nobis adsunt, bonorum sola immortalis est
et divina. Quidni autem eruditio res esset immortalis? Quidni
res esset divina? Immortalis sane res est, quod ea non nisi cum
vita possit auferri, ubi contra ea opes, honores, aliq; mundi bona
fluxa sunt, inq; momento temporis interire possunt. Praeprimis:
Irus is est subito, qui modo Crassus erat.

Quare Alexander, re et nomine, qui magnus erat tanti faciebat
bonarum literarum et artium studia, ut aperte pronunciaret se
malle doctrinam antequam alios, quam opibus et dignitate: nec abluvit
Metocles, is namq; dicebat res alias, pecunia comparari posse, ut
domum, villam, agrum, sed disciplinas liberales emi tempore.

sequuntur